



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

49. Disturbatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

hoc Paulus Doctor scripto docet mittendum in Coriam aliquem ex superioribus Mandarinis, qui gentem illam armorum vsui aduectat, ut stiumque ex ea conflet exercitum, qui vnâ & Sinis vt extra mundum Tartarorum impetus recundat. Hoc Pauli scripto, nihil potius probabilius venire, nihil rationum momento solidius, nihil inhihendo Synarum exitio certius. Hinc à Præsidibus armorum, supplex condidit ad Regem libellus qui festinato responso consilium probauit, huiusmodi est ad iter & præfecit executioni Doctorem Paulum cum extraordinaria potestate. Suam ipse ad hoc detulerat operam, quòd aliqui Mandarinis perinde ferè sit auelli extra Sinas vt extra mundum exulare: noui huius honoris velut missio cœlitus nuntio, totus in Deum animo effusus singulari se illius munere agnoscit ad regni vnus conuersionem adhiberi: nuntio mox Sambialium eodem beat, amboque in genua beneficij auctorem reuerentur, & suos illi denuò sudores vitæque aded in hoc fidei sacrosanctæ obsequium deuouent. Dumque vafarium tanto Magistratui paratur in externum regnum profecturo, libris ab se partim compositis, partim è Riccio depromptis parat in Coraij primùm, post toto deinceps regno illo Christi nomen, & legem inferre. In proinctu ad discessum stababat, cum grauissimus Consiliarius prudenti suo, sed maligno instinctus dæmone rem omnem discit, Pauli iacturam in Coriam ituri nulla sat in armis Coriorum peritiam præfandam fore potius in aulam si abesset, vocandum ad securitatem regni, quantò nunc minus ab aula remouendum: parem consilio, prospicientia, casibus elidendis huic esse neminem. Rebus in ruinam vt erant vergentibus, posse incidere, vt bono exercitu vtilior sit bonus Consiliarius. Non defuturum idoneum alium qui bello Corios aduectat, sic petitum ex iis fortemque exercitum præstò Sinis futurum nec defuturum excellentem Consiliarium. His persuasus Rex, mutauit sententiam, Pauli nihilominus illustre meritum dignitate auxit quinque gradibus altiori, etsi contra vsum morèque pugnaret aliquem fortuna omisissis gradibus defultim crescere. At is longè acerbius doluit præreptam sibi occasionem rei pro Christo eximie gerendæ Sinarum imperio pretiosorem, quàm repositis pro ea honoribus acquieuit. Sambialium quoque, vt iacturæ insignis, ita & inærois socium ex inuersione tanti negotij lugentem consolatus est, expectatione meliorum, quæ assecutus est postea, sed multo leuioris ad salutem hominum momenti. Occurrit hic anno 1613. ad medium Februarij, Nicolaus Trigaultius in Europam missus, quòd per necessarias ambages difficillimum iterum, sexto tandem vix anno peruenit. Passis in austrum velis & portus Indiæ obiens mercatorum negotiis celebres, applicat Bandaram, seu portum Bassium, in Sinus Persici faucibus, è regione Ormuzij situm. Illinc terra Bassorum Persidis delatus coactus est Euphratem radere, Bagadad, & Massul attingit quas Babiloniam veterem & Niniuem aiunt. Inde se in deserta Petreæ Arabiæ immisit, quibus

49.
Pia Doctoris
Pauli industria ad propagandam fidem.

49.
Disturbatur.

50.
Trigaultij
iter ex Sin.
in Europam
bono, vel
feliciter.